



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

debuiffe. Nihil hifce apud Albertum agebatur, † fed cujus præmatura mors (a) *Albertum moritur.* omnia invertit. *V.*

Post hanc prifinos animos affumpfit erfordia, neceffitudine Saxonum, & Moguntia cum Alberto extinctâ, & stabilitâ protectorio fœdere invidiâ. Nil Bertholdo fucceffori de rerum agendarum peritiâ deerat, noveratque jam technas erfurtenfium ab Amerbacenfibus actis, quibus ab Alberto fuerat præfectus. * Cum ad † collectas Imperii tertiam electoratûs quotam conferre nollent, ipfe Cæfareâ fententiâ coëgit. * Senatus civibus gravis omnis generis onera adinvenit. Præcipuè panis & potui vectigal indixit, nec in molendinis, nifi emptâ prius licentiâ, frumenta admittebantur. Prohibuit Archiepifcopi Sigillifer, ne Cleri molendina tefferas Senatus attenderent, fed cuicumque venienti operam impertirentur. Petrenfis (b) Abbas potiffimum detrimenti paffus, vectionem brasii longo tempore intermiffit.

Supererant † & cum Saxonibus tricæ: nec enim hos minus erfordia quam Moguntiam oderat, aut metuebat, hac jure illis potentiâ invifis. * Igitur ut Saxones placaret, de controverfiis aliquibus fopiendis Vinariæ conventum eft. Præcipu-

VI.
Lites Erfordie cum Saxonis de re nummaria.
* MCCCXXVII.

L 2

(a) Serarius in Alberto Administratore.

(b) MS. Chronicon Petr.

cipualis (a) de re nummaria propositum. Illi suam monetam ab Urbicis repudiari queruntur, cum tamen commercii & situ ita conjuncti sint, ut idem nummus, idem utrimque valor esse debeat. Hi necessitatem communis rei nummariae fatentur, verum non suâ sed monetalium culpa grave commercii remedium eligi. illos postquam novæ cujusdam monetæ nummi ex arario in provinciam, & regiones expositi sint, eorum valorem cûs novis minuere, non quod his plus addant argenti, sed aliis tantum commatibus signent, postquam in vulgus iverint, eidem exauctoriationi subjiciendos, sicque evenire necessarium, ut cum minutâ ista moneta primò omnium in Urbe confluat, hæc in istius abrogatione ingenti damno afficiatur. Id esse, cur cives nummos in primo valore acceptare formident. Conventum igitur ad rei nummariae consultationes Civitas vocaretur; nec sine illius præscitu mutaretur valor; vicissim nummi Saxonici in Erfordia boni & sancti essent. Pergunt Saxones Urbem delinire, utque majesta-

*MCCCCXVI. *Ludi equestres habentur.* *Descriptio arenae.* tem suam, & fortitudinem ostenderent, * ludos † equestres (b) ac torneamenta sumptibus & Pompâ Regali exhibent. Arena, ubi forum glastarium latissimè patet, † sternitur, atque contra spectatorum impetum tignis undique circumdatur, per

(a) Conventus hujus recessus in Originali extat.

(b) Anon. MS. Chron. Esur.

per singula tamen latera in aditum aperta. Senatus versus rivulum subdiales ambitus quatuor, ut alter altero esset altior, in longitudinem centum pedum crexit. Superior Senatoribus, alter nobilibus Urbis, & Principum, horumque officialibus, duo humiliores civibus, & Ducum famulis destinabantur: Ipsum Theatrum Frideri Electoris, ejusque fratris Joannis nomina & arma exhibebat. Decem septimanis hujus circi magnificentiam labor assiduus perfecit. Sextus dies Julii festivus dicitur: pridie Saxones cum ducentis armatis adveniunt, octodecim Comitibus, pluribusque nobilibus stipati. Ingens ornatus equos, arma, viros decorabat. Altero die priusquam ludos inirent, Numini sub Missæ sacrificio in æde B. M. Virginis devotionem persolvunt, sumpto deinde prandio ad arenam, erectis lanceis, ordine decoro equitant. Senatus, † ne securitas Urbis, congregato ad publicum gaudium populo, proditionis aut tumultus periculo exponeretur, plateas catenis, positas ad quamque vigilibus, occlusit, auxit etiam Cyriaciburgi præsidium, vallo- rumque custodias, turmas insuper armatorum civium hinc inde in Monasteriis, & ubi vacua ædificiis spacia multitudinem caperent, disposuit. Ad ipsum spectaculi locum Erfurtenfis Capitaneus cum octuaginta equitibus, & quingentis bipenniferis in principum honorem, & urbis tu-

*Senatus in
hoc concursu
pro securitate
publica cura*

*Ipsius pugnae
descriptio.* telam stetit. † Principes, & Comites
octodecim Cataphracti pugnam hastis
prelongis incipiunt, ita ut singuli cum singulis
duellarent. Non tamen inter se Principes,
ne virtutis æmulatio in fratribus in-
vidiam gigneret. Ubi vel impetu fracta
esset hasta, vel proximitate inutilis, a-
cinaces nudantur, seque invicem, sub cata-
phractis tuti, excussissimis ictibus petunt
alter alterius ictum elidit, suum geminat,
omnesque artes tentatæ, quas tutela sui,
vel hostis offensio docebat, extremo im-
petu se urgentes ab intervenientibus sociis
separabantur. Insignia pugnantium ex
ordine ad arma Principum suspensa. post-
quam ita bini post binos severissimi furoris
imaginem exhibuissent, in duas phalan-
ges ab invicem secedunt, mox præcipita-
tis in in cursum equis altera alteram invo-
lat, ac sicut antea duellando, ita tunc
turmatim certatum est. Solis radii nullis
nubibus excepti ferreis thoracibus arden-
tius incumbabant, ut sub cataphractis
persistere grave esset. Præter æstum, tot
horarum impetu laborem augente. Se-
cessum igitur ex arena, ac solennis pom-
pæ ordine, præmissis tubicinibus, & Re-
galibus tympanis, ad hospitia rever-
sunt. Deponuntur loricae, atque nonni-
hil Principes quiescunt, sumptâ postmo-
dum cœnâ curiam accedunt. † omnia
ibi fidibus & cantu resonant, ac ne quid
voluptatis deesset, filias suas & uxores,
for-

*Finis ludis
epulum &
saltus in cu-
ria inchoa-
tur.*

formâ commendatas, Senatores miserant, cum iis Principes choreas ducunt, omni comitatu sequente. Senatus domum ex adversa regione ad lupos, curiæ ponte junxerat, ibi hi saltus peracti. Interim in ipsa Curia Principum sumptibus epulum paratur: nihil vel quod auget delicias, vel demulceret Erfurtensium animos, omissum. Gravidus auro abacus, dapes omnis generis fructibus, & saccaro peregrinæ regiones instruxerant. Ipsi Principes de majestate sua, ad familiaritatis humilitatem descenderant. Continuata hæc festivitas aliquot diebus, donec prævio urbis applausu de re benè acta, Duces cum apparatu ad sua discederent. *MCCCCXCVII.

A nupero incendio templa denuò surrexerant, quibus de novis campanis providendum, & quoniam eâ, quæ è turri B. M. Virginis violentiâ ignis in cineres fluxit, majorem Germania non viderat, collecto iterum ære nova prioris æmula, † Major campana Maria gloriofa funditur. & quæ famam ejus continuaret, per Eccardum Kempensem funditur. (a) Prodiit ingens æs campanum, ducentis septuaginta quinque centenariis grave: mox per Archiepiscopi suffraganeum in Thuringia, Doctorem de Laspei sacratum, is ne operi admirando speciosum nomen deesset, Maria gloriofa benedixit.

Familiaritate Saxonum ausus civium in Moguntiam animati. Ut verò hæc info-

L 4

len-

(a) Anon. Chron. Erfurt. MS

VII